S. Congr. Conc. *die 19. Jan. 1686.* declaravit: Non incurrunt vero Clerici irregularitatem quoties causam intentant coram judice civili solummodo pro emendatione damnorum ex crimine capitali derivantium obtinenda. Tandem sciendum est ex *c. 9.* Clericos non posse assistere executioni sententiæ sanguinis.

3. 3°. Tertio loco interdicitur clericis negotiatio. At negotiatio alia est propria, alia impropria. Proprie dicta negotiatio consistit in habitu emendi res fungibiles, aut etiam non fungibiles mobiles, ut carius sub eadem forma vendantur. Sub eadem forma, idest prout acquisitæ sunt. Impropria negotiatio locum habet cum res acquiruntur ut ex industria et labore in aliam formam transmutentur et majoris pretii capaces reddantur. Prior negotiatio ex *c. 6. h. t.* interdicta est clericis sub pœna excommunicationis ferendæ sententiæ. Conc. Trid. in *c. 1. sess. 22. De Ref.* renovat antiquas pœnas, et decernit majores infligendas Ordinarii arbitrio. Nec excusantur a pœnis si nomine et pro aliis eandem negotiationem exercent. Bened. XIV. Const. *Apostolicæ servitutis 25. Febr. 1741.* Pius IV. vero Const. *Deus, 3. Nov. 1560* bona acquisita a clericis ex illegitima negotiatione cameræ spolii addixit. Impropria negotiatio interdicta non est clericis, nisi plus æquo negotiationi dent operam in detrimentum officii sui, vel nisi sermo sit de industria abjecta, et vili quæ clericum dedeceat. Tandem sciendum est ex resolutionibus S. Congr. Conc. relatis a Giraldo in *parte 2. Exp. juris Pont. ad cap. 1. sess. 22. De Ref. in Tridentino,* Clericis licere agros beneficii et bonorum patrimonialium laicorum opera colere absque metu illicitæ negotiationis; pariter posse pro culturæ usu boves et alia animalia emere, illorumque fructus justo pretio et honesta ratione vendere; et aliis omissis posse clericos retinere vel locare boves, et oves, et alia animalia, quæ habent ex successione, ex decimis necnon fructus illorum vendere, item vendere posse frumentum et alios fructus collectos ex bonis patrimonialibus et Ecclesiasticis pro sua et familiæ sustentatione.

Index rerum.

Titulus I.

De vita et honestate Clericorum.

pag. 5—20.

1. Duplex status personarum in Ecclesia, jure divino, clericorum et laicorum.
2. Quinam sint Clerici, in pœnalibus nomine clericorum non comprehenduntur Episcopi et alii dignitarii, excepta excommunicatione latæ sententiæ.
3. E contra in favorabilibus; item in obligationibus pro honestate vitæ.
4. Item omnes qui Religioni approbatæ addicti sunt.
5. Item eremitæ, benedicti et deputati ad aliquam capellam.
6. Clerici tenentur ad specialem vitæ honestatem.
7. Decreta Episcoporum circa morum correctionem non admittunt appellationem in suspensivo.
8. Honestas proprie est interior.
9. Canones disciplinares proprie agunt de exteriori.
10. Et importat I°. diligentem executionem officiorum singulis propriorum.
11. II°. Importat morum gravitatem; et præsertim 1°. caste et caute vivere; 2°. abstinere a crapula et ebrietate; 3°. avaritiam fugere.
12. Plura specificantur pro caste et caute vivendo.
13. Speciatim de vetito frequenti accessu ad moniales.
14. Quando accessus sit frequens, morali judicis æstimatione decernitur.
15. Regularibus autem interdicitur quilibet accessus, absque licentia.
16. Excipiuntur confessarii tum regulares tum sæculares, et alias ex officio. Specialis dispositio Benedicti XIV. relate ad confessarios extraordinarios post expletum officium.
17. 2°. Abstinendum clericis a crapula et ebrietate.
18. Hinc prohibetur accessus ad cauponas, nisi ex necessitate.
19. Item ludis aleatoriis deservire.
20. Item choreæ.
21. Sed Episcopo cavendum est a nimio rigore contra ludentes.
22. 3°. Cavendum ab avaritia.
23. In specie prohibentur sententiæ venales, etsi de cetero honestæ.
24. Excipe esculenta et poculenta modica, ex liberalitate, aut expensas extra domicilium.
25. Item expensæ pro assessore necessariæ, exigi possunt.
26. III^{m}. caput est decentia exterioris habitus.
27. Origo vestium usualium specialium pro clericis.
28. Tridentinum tribuit Episcopo determinationem vestium clericorum majorum vel beneficiatorum.
29. Sixtus V. extendit ad omnes clericos.
30. Et præcipit vestem talarem et tonsuram.

31. Sed rigor hujus const. temperatus est; præsertim a Benedicto XIV. integra manente Episcoporum auctoritate.
32. Pœnæ in contravenientes clericos majores aut beneficiatos.
33. Sanctio pro clericis minoribus non beneficiatis.
34. Recens dispositio Pii PP. IX. de amissione omnium privilegiorum clericalium.
35. Quando clericus minor non beneficiatus valeat reassumere habitum clericalem et tonsuram et quomodo.
36. De coma et barba non nutrienda.
37. Prohibitio comæ adscititiæ.
38. Prohibitio annulorum in missa.
39. IV^{m}. caput est abstinentia a nonnullis artibus et officiis; et 1º. ab iis quæ nimis distraherent, ut negotiatio.
40. 2º. Quæ lenitati adversantur ut ars chirurgica incidendo et adurendo.
41. 3º. Quæ offendunt dignitatem status clericalis, ut ludi theatrales.

Titulus II.

De cohabitatione Clericorum et Mulierum. pag. 20—26.

1. Prohibetur ad cautelam.
2. Excipiuntur proxime conjunctæ consanguinitate vel affinitate, et senescentes bonæ famæ.
3. Sed ex cap. 1. h. t. et conjunctæ possunt prohiberi exceptionaliter.
4. Veteres canones aliquando vocant concubinam, uxorem legitimam inferioris gradus.
5. Clericus latiori sensu dicitur concubinarius.
6. Pœnæ in clericos concubinarios, antiquæ.
7. Martinus V. non amplius computavit clericos concubinarios, inter vitandos.
8. Canones Tridentini, Iº. contra beneficiatos.
9. Cognitio talis causæ reservatur Episcopo, qui procedit absque figura judicii, absque appellatione in suspensivo.
10. Privatio fructuum beneficii etsi imponatur incurrenda ipso facto, tamen requirit sententiam declaratoriam, etiam in foro conscientiæ.
11. IIº. Canones Tridentini in clericos non beneficiatos.
12. IIIº. Contra Episcopum (quod absit).
13. IVº. Contra Parochos.
14. Modus procedendi contra clericum notorie concubinarium.
15. Vel dubie concubinarium.

Titulus III.

De Clericis conjugatis.

pag. 26—36.

1. Clerici minores valide et licite contrahunt.
2. Sed amittit beneficia ecclesiastica, etiam ante consummationem.
3. Sed ei restituenda bona quæ donaverit suæ Ecclesiæ.
4. Beneficium amittit ipso jure, absque sententia declaratoria judicis.
5. Sed non amittitur ex matrimonio invalido.
6. Sed si interim collatum fuerit alteri, valet collatio.
7. Si autem scienter attentat matrimonium nullum, in pœnam privandus est beneficio a Judice.
8. Beneficii autem collatio, clerico conjugato, est ipso jure nulla.
9. Nisi obtinuerit dispensationem Pontificis.
10. Quod de beneficiis, et de pensionibus ecclesiasticis intelligendum est.
11. Sed non de pensionibus titulo civili concessis.
12. Clericus conjugatus ex dispositione Bonifacii VIII. conservare potest privilegia canonis et fori si uni nupserit et virgini, atque ferat vestes et tonsuram.

13. Sed ante Bonifacium VIII. nullum conservabat privilegium.

De Clericis majoribus.

14. Clerici majores nec licite nec valide in Ecclesia latina nubere possunt.
15. Conjugatus autem ad majores ordines promoveri nequit, excepto casu adulterii uxoris, absque ejusdem uxoris licentia, quæ tenetur ingredi religionem vel saltem edere votum castitatis in manibus Episcopi, quod est dirimens.
16. Apud græcos, conjugati possunt promoveri ad presbyteratum, inclusive, at non ad episcopatum, retinendo usum matrimonii.
17. Quoad matrimonium contrahendum, canon trullanus illud interdicebat etiam subdiaconis.
18. Sed quoad subdiaconos, generatim non obtinuit, exceptis italo-græcis.
19. Pro Italo-græcis esset quoque invalidum.
20. Quoad reliquos græcos, etiam diaconos et presbyteros disputatum est de validitate. Quænam sententia præferenda sit.

Pœnæ contra clericos majores attentantes matrimonium.

21. Olim deponebantur.
22. Jure Decretalium adest suspensio et excommunicatio quæ excommunicatio et nunc viget.
23. Si consumment fiunt etiam irregulares.
24. Græci autem deponuntur ex synodo trullana, et Italo-græci excommunicantur.

Titulus IV.

De clericis non residentibus in Ecclesia vel Præbenda.

pag. 36 - 74.

1. Residentia quid?
2. Residentia ficta.
3. In sensu tituli, Ecclesia est beneficium cum cura animarum, præbenda significat alia beneficia.
4. Omnia beneficia olim erant residentialia.
5. Serius habita beneficia non residentialia, quæ hodie dicuntur simplicia.
6. An clerici habentes curam animarum teneantur ad residentiam jure divino, non est definitum.
7. Neque tunc dispensari posset.
8. Certo est juris ecclesiastici fundati in intentione juris divini.
9. Et personalis residentia maxime congruit.
10. Lege canonica obligat et canonicos aliosque beneficiatos chorales.
11. Sed legitimæ absentiæ causæ esse valent.
12. Sed habentes curam animarum præcavere debent damna gregis.
13. Iª. causa est christiana charitas.
14. IIª. urgens necessitas, personalis.
15. IIIª. est debita obedientia.
16. Sed Episcopus nequit adsumere parochum ad officium quod habitualem absentiam expostulat.
17. IVª. causa est Ecclesiæ vel Reipublicæ evidens utilitas; sed intellige Ecclesiæ propriæ vel universalis.
18. Exemplum utilitatis civilis esset dignitas senatoria adnexa sedi.
19. Sed nequeunt Episcopi retinere officia in curiis sæcularibus.

In specie de residentia singularum classium.

20. 1º. De Episcopis. Episcopus ut se absentet debet 1º. providere spirituali regimini per alios; 2º. licentiam in scriptis habere a S. Sede, nisi sit ob munus adnexum Sedi.
21. Sed rigore juris requiritur pro muneribus adnexis personæ.
22. Tamen æquitas et consuetudo aliud permittit in senatoribus et deputatis.
23. Deinde Episcopi ex rationabili motivo abesse possunt ad summum per trimestre, exceptis temporibus magis sacris.

24. Neque licentia est necessaria.
25. Sed spatium absentiæ unius anni nequit conjungi cum absentia sequentis anni.
26. Neque suppleri absentia unius anni in subsequente aut conjungi cum absentia legitima ex alia causa.
27. Pœnæ contra Episcopos non residentes.
28. Si absentia illegitima superet tres menses, pro rata temporis amittit fructus absque sententia declaratoria Judicis.
29. Hinc sess. 23. cap. 1. de ref. exacerbatæ pœnæ sess. 6. cap. 1.
30. Etsi consonum sit juri quod Episcopus habitualiter resideat penes Cathedralem, tamen pœnas Tridentini non incurrit quocumque in loco Diœcesis resideat.
31. Temporibus tamen a Tridentino statutis accedat ad cathedralem, nisi legitime excusetur.
32. Si Episcopus habeat duas Diœceses æque principaliter unitas, satisfacit residendo in una, etsi quam maxime deceat ut et in alia aliquantulum moretur, præsertim in Cathedrali, solemnioribus temporibus.
33. Si autem aliquid determinatum fuerit in bulla unionis, servandum erit.
34. Contra non residentes Pius IV. addidit pœnam ferendæ sententiæ privationis et alias.
35. Clemens VIII. addidit inhabilitatem ad majores dignitates.
36. Et alias Urbanus VIII.
37. Cardinalis in Urbe Vicarius prorogat ad 40 dies moram Episcopis in Curia promotis.
38. Alias pœnas addit Benedictus XIV.

De S. R. E. Cardinalibus.

39. Cardinales nullum habentes episcopatum, Romæ residere debent.
40. Sed sequuntur Papam si alibi Curiam transferat.
41. Si discedant absque venia Pontificis, post monitionem privantur Cardinalatu.
42. Aliæ pœnæ ex Innocentio X.
43. Absolutio pertinet privative ad Summum Pontificem, etiam Sede vacante.
44. Episcopi suburbicarii, incardinati Romæ Ecclesiæ.
45. Hinc Romæ resident.
46. Tamen I°. propriam diœcesim tenentur visitare.
47. II°. Visitare limina apostolica.
48. Cardinales Episcopi aliarum sedium tenentur ad residentiam sicut ceteri Episcopi.
49. Si Cardinalis Suburbicarius ex dispensatione Pontificis obtineat et aliam sedem, in hac residere debet.

De Parochis et aliis beneficiatis curam animarum habentibus.

50. Pro Parochis præter justam absentiæ causam, requiritur 1°. approbatio Episcopi, scripta et gratis concedenda; 2°. constitutio idonei vicarii.
51. Nisi periculum sit in mora; sed quam cito monendus Episcopus, nisi parochus sit brevi rediturus.
52. Parochus indiget licentia Episcopi et pro absentia septimanæ.
53. Et lege diœcesana etiam brevius tempus præscribi potest, dummodo non sanciatur gravissimis pœnis.
54. Ex Conc. Rom. sub Benedicto XIII. absentia Parochi absque licentia, coarctata est ad biduum.

Pœnæ adversus parochos et alios beneficiatos curatos illegitime non residentes.

55. 1°. Privantur ipso facto absque sententia Judicis, rata fructuum.
56. 2°. Censuris compelli possunt ad redeundum, et aliis pœnis usque ad privationem, nullo suffragante privilegio.

57. Ut priventur beneficio, requiritur lapsus sex mensium post tertiam citationem, quæ sufficit sit edictalis.

De residentia Canonicorum et aliorum beneficiatorum choralium.

58. Obligantur ad residentiam quicumque habent beneficium non simplex.
59. Tenentur non modo residere materialiter, sed personaliter deserviendo.
60. Neque ex consuetudine possunt dispensari ab onere psallendi et canendi, contenti materiali præsentia, sed tantum ex privilegio Pontificis.
61. Juxta primitivam institutionem, residentia debebat esse continua.
62. Sed nunc est discontinua, idest diebus et horis servitii.
63. Et Tridentinum permittit eos abesse posse singulis annis per trimestre, nisi speciales constitutiones minus tempus aut nullum concedant.
64. Numerus tamen sufficiens pro divino servitio, adesse debet semper.
65. Sed absque rationabili motivo nequit Episcopus negare facultatem abessendi tribus mensibus.
66. Et temporibus solemnioribus absentia meræ recreationis causa, vetari potest ab Episcopo.
67. Neque admittitur absentia, ubi servitium est mediariæ, tertiariæ etc.
68. Canonici et alii beneficiati chorales valent aliquibus vicibus ad invicem se substituere nonnullis servatis.
69. Causæ fictæ residentiæ. 1a. Causa studiorum.
70. Sed imminui non debet cultus divinus; hinc ex praxi requiritur licentia.
71. Hæc causa parochos non juvat.
72. 2°. Duo Canonici abesse possunt pro adjuvando Episcopo in Ecclesiæ servitio, regulariter ex Cathedrali adsumendi.
73. Oportet inserviant ut presbyteri, diaconi vel subdiaconi.
74. 3°. Causa est infirmitatis, vel alterius physici impedimenti.
75. 4°. Visitatio ss. liminum cum Episcopo vel ejus loco.
76. Comitantes Episcopum in visitatione diœcesis non lucrantur distributiones.
77. 5°. Privilegium apostolicum.
78. 6°. Indultum jubilationis, ex consuetudine inductum.
79. Aliquando attenditur et servitium in diversis Ecclesiis, ut Romæ fit.
80. Sed oportet 1°. præstiterit servitium 40 annorum laudabile et continuum, quibusdam exceptis absentiis.
81. 2. Dummodo divinum servitium sit adhuc possibile per ceteros beneficiatos.
82. Jubilati eximuntur et ab onere residentiæ in loco Ecclesiæ suæ.
83. Quod non valet de iis qui habent coadjutorem.

De distributionibus.

84. Reditus beneficiales, alii sunt fructus annui seu grossi seu præbendæ, et alii distributiones quotidianæ, seu fructus præsentiæ et manualia beneficii.
85. Concilium Trid. statuit quod saltem tertia pars fructuum constituatur in distributiones.
86. Indifferens est an constituantur ut retributiones præsentibus, vel ut subtractiones absentibus.
87. Adsunt et distributiones specialis fundationis sive pro aliqua functione, sive pro præsentibus tantum alicui functioni.
88. Has postremas lucrantur tantum vere præsentes.
89. Si omnes fructus vel pars major tertia sit in distributionibus, binæ tertiæ partes omnium fructuum repræsentant præbendam, et eas lucrantur legitime absentes.

90. Et praxis est S. C. C. id concedere impetrantibus indultum ex legitima causa.
91. Sed sunt et causæ quibus conceduntur absentibus et distributiones, exceptis illis quas diximus inter vere præsentes.
92. I^a^. causa est infirmitatis, dummodo sanus soleret interesse.
93. II^a^. est corporis necessitas, ut absentia, ob metum principis injusti.
94. III^a^. est utilitas Ecclesiæ universalis vel ejus in qua beneficium erectum est.
95. Limitatio in concedendo indulto iis qui morantur extra locum beneficii, causa Ecclesiæ universalis, seu S. Sedis.
95. Canonici deputati ad Concilium a Capitulo suo, sunt absentes ob utilitatem suæ Ecclesiæ.
97. Item Canonicus theologus ea die qua legit, et Pœnitentiarius audiens confessiones in sua Ecclesia.
98. Item beneficiatus adnexam habens curam animarum in eadem Ecclesia, attendendo muneri huic.
99. IV. Causa, visitatio ss. Liminum cum Episcopo vel pro Episcopo.
100. V. Qui recepti in domibus regularium, vacant exercitiis spiritualibus, sub quibusdam conditionibus.
101. Non lucrantur distributiones 1°. Absentes causa studiorum.
2°. Assistentes Episcopo;
3°. Absentes ad tres menses ex indulto Tridentino.
102. Solvitur difficultas ex cap. 30. De Electione et Electi potestate in 6°.
103. Sed pro absentibus ob utilitatem Ecclesiæ, admittitur consuetudo eis negandi distributiones.
104. Distributiones amissæ ab absentibus, applicantur præsentibus si deductæ ex massa communi; secus fabricæ Ecclesiæ, si indigeat, vel alteri loco pio.

De pœnis contra beneficiatos non residentes.

105. Privantur primo anno dimidia parte fructuum, etiam eorum quos fecerant suos ratione præbendæ et residentiæ; secundo anno, omnibus; 3°. ipso beneficio.
106. Ut procedatur ad privationem fructuum non est necessaria monitio, sed citatur ad dicendum quare.
107. Hæc gradatio pœnarum servanda est.
108. Et pro privatione beneficii, necesse est præcedat citatio peremtoria personalis, vel triplex monitio edictalis, si personalis nequeat locum habere, et expectandus est per sex menses.
109. Potest tamen proponi et pœna suspensionis et excommunicationis durante triennio, et inchoatis aliis pœnis Tridentinis.
110. Contra beneficiatos non curatos, qui non pertinent ad Cathedrales vel Collegiatas, proceditur jure Decretalium, idest citantur et deinde procedi potest statim ad privationem beneficii.
111. Nequit Episcopus prohibere presbyteris celebrationem extra diœcesim, nisi teneantur celebrare in diœcesi ex titulo speciali; iis quoque nequit discessum sub censura prohibere.

Titulus V.
De præbendis et dignitatibus.
pag. 75—109.

1. In sensu tituli præbenda est beneficium prout opponitur dignitati.
2. Beneficia militaria Romanorum.
3. Beneficia ecclesiastica.
4. Ejus definitio.
5. Distinguitur a Canonia.
6. Est perpetuum, perpetuitate objectiva, et regulariter etiam subjectiva.
7. Beneficia manualia, seu ad nutum.
8. Ecclesiæ receptitiæ seu non numeratæ.

9. Oportet beneficium erigatur auctoritate ecclesiastica.
10. Et proinde distinguitur a capellania laicali, et pio legato.
11. Beneficium habet adnexum officium sacrum, et sic distinguitur ab officiis civilibus quæ præstantur Ecclesiæ, ut ab æedituo, procuratore etc.
12. Hinc beneficium confertur personæ ecclesiasticæ.
13. Beneficium resultat ex bonis ecclesiasticis; ut talia considerantur pensiones a gubernio nunc officiis ecclesiasticis destinatæ.

Divisio beneficiorum ecclesiasticorum.

14. I°. Duplicia et simplicia, sensu antiquo et moderno.
15. Duplicia alia majora, alia minora; majora in odiosis non veniunt sub nomine beneficiorum.
16. Duplicia minora proprie sunt dignitates, personatus, officia et beneficia curata.
17. Canonicatus Cathedralis Ecclesiæ sunt improprie beneficia duplicia minora, et accedunt dignitati.
18. II^a^. divisio generalis est in sæcularia et regularia.
19. III°. Collativa, patronata et electiva.
20. IV°. Patrimonialia et non patrimonialia.
21. V°. Manualia et perpetua.
22. Beneficia mere laicalia, sunt proprie pia legata.
23. Quid canonia?
24. Canonici honorarii.
25. Vicaria jurisdictionis, et in divinis.
26. Vicaria in divinis alia temporanea.
27. Et alia perpetua.
28. Commenda antiqua.
29. Moderna.
30. Capellania ecclesiastica.
31. Laicalis.
32. De infirmitate excusante capellanum.
33. De aliis causis excusantibus capellanum.
34. Præstimonium.
35. Pensio, laicalis.
36. Ecclesiastica.
37. Onera pensionati ecclesiastici.

De erectione beneficiorum ecclesiasticorum.

38. Quando erigantur.
39. In limine fundationis possunt adjici conditiones honestæ et possibiles, quamvis exorbitantes a jure.
40. Quæ a successoribus nequeunt immutari.

De collatione beneficiorum.

41. I°. Prævia electione vel postulatione per confirmationem superioris.
42. II°. Per institutionem prævia præsentatione.
43. III°. Per liberam collationem.
44. Legitimi collatores beneficiorum.
45. Papa confert 1°. præveniendo.
46. 2°. Concurrendo.
47. 3°. Jure devolutionis.
48. 4°. Reservationis.
49. Multiplex ratio reservandi.
50. Reservata per regulas cancellariæ.
51. Enumerantur.
52. Regula de mensibus papalibus.
53. Privilegio Cardinales solent ab ea dispensari.
54. 5°. Affectione.
55. Ejus differentia cum reservatione.

Collatores Papa inferiores.

56. Episcopus.
57. Capitulum et Vicarius Capitularis, sede vacante, quænam nequeant beneficia conferre.
58. Quænam valeant conferre.

De regulis collationis.

59. Enumerantur.
60. De forma concursus quando collatio est Episcopi.
61. Quando est Summi Pontificis.
62. Quæstiones proponendæ.
63. Judicandum non modo de scientia, sed et de aliis requisitis.

64. Episcopi est electio dignioris.
65. Ab electione Episcopi et a judicio examinatorum appellatur tantum in devolutivo.
66. Coram judice appellationis producuntur acta primi examinis.
67. Si secunda sententia confirmet primam, habetur res judicata, secus locus datur tertiæ instantiæ.
68. De collatione beneficii curati juris patronatus ecclesiastici.
69. Item si sit juris patronatus ecclesiastici, sed institutio non spectet ad Episcopum.
70. Quando est juris patronatus laici.
71. Quando juris patronatus mixti.
72. Alia beneficia curata immunia a lege concursus.
73. Collationes factæ præter dispositionem Tridentinam sunt nullæ, nisi legitime dispensatum.
74. Abolita sunt privilegia antecedentia.
75. Item consuetudines præcedentes; sed subsequentes obtinere possunt, saltem centenariæ et immemoriales.

De pluralitate et incompatibilitate beneficiorum.

76. Antiquitus omnia beneficia erant incompatibilia.
77. Quædam sunt incompatibilia ratione officii et quædam redituum.
78. Beneficia compatibilia.
79. Jus Tridentinum.
80. Quod de beneficiis incompatibilibus, non tenet de legatis piis et capellaniis juris patronatus laici.
81. Sufficientia beneficii arbitrio judicis decernitur.
82. Remedia juris contra clericum habentem plura beneficia; prima dispositio Alexandri III.
83. II^a^. ejusdem Papæ in Lateranensi III.
84. III^a^. Innocentii III. in Lateranensi IV.
85. Jus Tridentinum.
86. Unio beneficii sufficientis et insufficientis.
87. Unio tertii beneficii cum duobus insufficientibus.
88. Causæ sufficientes ad dispensandum super pluralitate beneficiorum.

De unione, divisione et dismembratione Beneficiorum.

89. Unio quid? Unio perpetua.
90. Unio temporanea.
91. Unio tituli extinctiva.
92. Unio minus principalis.
93. Unio æque principalis.
94. Episcopatus unire valet unus Pontifex.
95. Potestas Episcopi.
96. Unio pro erigendo vel dotando Seminario.
97. Conditiones requisitæ pro legitima beneficiorum unione; et I°. de causa rationabili.
98. II°. Consensus interesse habentium.
99. III°. Consensus Capituli Cathedralis.

De divisione beneficiorum.

100. Divisio quid?
101. Justa causa dividendi.
102. In specie de divisione Parochiæ.
103. Dismembratio beneficiorum.

Titulus VI.

De Clerico ægrotante vel debilitato. pag. 109—113.

1. Quis sit?
2. Nequit privari beneficio.
3. Etsi ex propria culpa ægrotans factus sit.
4. Quomodo provideatur officio sacro.
5. Coadjutoriæ temporaneæ.
6. Coadjutoriæ perpetuæ.
7. Quoad Episcopatus dantur tantum a Pontifice.
8. Quoad beneficia minora, coadjutores temporanei dantur tantum Parochis, ex praxi.
9. Coadjutoriæ perpetuæ dantur a Pontifice.
10. Qua lege S. Sedes eas concedat beneficiatis non curatis.

11. Congrua adsignanda coadjutoribus Parochorum.
12. Notanda quoad coadjutores Canonicorum.
13. Statuta vel concessiones speciales.

Titulus VII.

De Institutionibus.
pag. 113—121.

1. Institutio late sumpta.
2. Stricto sensu.
3. Tituli collativa.
4. Auctorizabilis.
5. Realis.

De institutione tituli collativa.

6. Dari nequit a laicis, aut suscipi ab eis.
7. Episcopus habet intentionem in jure fundatam, pro sua diœcesi.
8. Si jure speciali alteri competat, Episcopus debet videre de idoneitate.
9. In beneficiis erectis post Tridentinum, nequit institutio alteri reservari quam Episcopo.
10. Episcopus valet instituere etsi nondum sit consecratus.
11. Instituit et Vicarius generalis ac Vicarius Capitularis.
12. Quinam possint institui.
13. Quot possint institui in Ecclesiis receptitiis.
14. Quot recipi in monasteriis.
15. Specialia pro Italia et insulis.
16. Quoad moniales.
17. Intra quod tempus danda institutio.
18. Ante institutionis concessionem, proponendum edictum contradictoribus.

De institutione auctorizabili.

19. Pertinet semper ad Episcopum.
20. Vicarius generalis indiget mandato speciali ut eam concedat.
21. Potest autem Vicarius Capitularis.
22. Item Prælati quasi-episcopi.
23. Alii ex privilegio apostolico, sed non ex consuetudine.

De reali institutione, seu investitura.

24. Quid sit.
25. Non licet auctoritate propria possessionem capere.
26. Neque laicali.
27. Qui Clericus eam conferat.
28. Potest instituendus constituere procuratorem.

De officiis institutionis realis.

29. Incipit beneficiatus facere fructus suos.
30. Regula de annuali possessione.
31. Regula de triennali possessione.
32. Vacant beneficia incompatibilia.

Titulus VIII.

De Concessione Præbendæ et Ecclesiæ non vacantis.
pag. 122—131.

1. Beneficium vacans de jure tantum.
2. De facto tantum.
3. De jure et de facto.
4. Varii modi vacationis.
5. Collatio beneficii de jure non vacantis, est irrita.
6. Impetratio beneficii non vacantis ab Apostolica Sede, obreptitie.
7. Beneficium non vacans, neque promitti potest determinate, neque valet.
8. Promissio generica non prohibebatur, utpote de se honesta.
9. Sed eam quoque prohibuit Bonifacius VIII., ad importunos repellendos.
10. Hinc abolitæ gratiæ expectativæ.
11. Neque valet promissio patroni de nominatione ad beneficium vacaturum.
12. Canoniæ tamen non fuerunt abolitæ, de rigore juris loquendo.
13. Sed praxis S. C. C., nisi obstet specialis consuetudo, non admittit canonias in sensu antiquo.

De Canonicis honorariis.
14. Serius orti sunt.
15. Jus eos nominandi, excepta speciali consuetudine, spectat ad Episcopum simul et Capitulum in Cathedralibus.
16. Neque canonici honorarii possunt sibi vindicare jura forte concessa ab Episcopo, invito capitulo.
17. Jura canonici honorarii.
18. Si in eadem Ecclesia habeat beneficium chorale inferius, nequit illud satisfacere in habitu canonicali.
19. Nequit privari absque demerito.
Intra quod tempus beneficium sit conferendum.
20. Beneficia liberæ collationis intra semestre; collatio facta postea, valet irritari.
21. Enuntiata regula locum non habet in Ecclesiis non numeratis; sed si vires Ecclesiæ sufficient, superior præfiniet congruum tempus.
22. Episcopus confert omnia beneficia liberæ collationis quæ vacaverint per renuntiationem factam coram se, etiam in mensibus papalibus.
23. Si beneficium sit electivum, et sit Episcopale vel quasi, tempus est trimestre; secus est semestre.
24. Si sit juris patronatus laici tempus ad præsentandum est quadrimestre; si ecclesiastici semestre.
25. Notanda specialiter.
26. De beneficio vacante tantum de jure.

Titulus IX.

Ne sede vacante aliquid innovetur. pag. 131—133.

1. Quid Sedes?
2. Quoadusque vacent Sedes quarum collatio vel confirmatio spectat ad Summum Pontificem.
3. Quid de aliis beneficiis.
4. Sede vacante nihil innovandum.
5. Neque currit præscriptio.
6. Sedes vacans regitur a Capitulo, et pro eo a Vicario Capitulari.
7. In specie de judiciis contra Ecclesiam vacantem.

Titulus X.

De iis quæ fiunt a Prælatis sine consensu Capituli. pg. 133—136.

1. Ab initio Ecclesiæ, regebant exquisita sententia presbyterii.
2. Presbyterio successit Capitulum Ecclesiæ Cathedralis.
3. Quæ in titulo dicuntur de Episcopo et capitulo cathedrali, facta proportione, applicanda monasteriis et Ecclesiis collegiatis.
4. Quando habeatur consensus capituli.
5. Quando consilium.
6. Regula generalis jure decretalium est Prælatum per se expedire posse tantum negotia ordinaria, vel quæ moram non admittunt.
7. Sed quando agit ex delegatione, intelligitur electa ejus personalis industria.
8. Specificantur negotia quæ requirunt Capituli consensum vel consilium expressa juris dispositione.
9. Speciatim de synodo diœcesana.
10. Attendenda tamen consuetudo, quæ Episcopis solet favere.
11. Sed consuetudo difficilius admittitur contra leges Tridentinas.

Titulus XI.

De iis quæ fiunt a majori parte Capituli. pag. 136—140.

1. Quid veniat nomine Capituli.
2. Quando actus sit capitularis.
3. Quis convocet Capitulum.
4. Quando citandi absentes.
5. Citati non venientes, non officiunt valori actus capitularis.
6. Quando nemo habet jus convocandi, necessariæ sunt duæ tertiæ partes nisi periculum sit in mora.
7. Quando negotium singulos tangit, ab omnibus probandum est.

8. Si negotium respiciat omnes in communi, non requiritur singulorum consensus.
9. Constitutiones Capitulares. Infra quod tempus conficiendæ. Decreta Capitularia.
10. An canonici in electionibus votum dare queant consanguineo?

Titulus XII.

Ut ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur. pag. 141—152.

1. Rubrica tituli habet sensum determinatum.
2. Modi quibus beneficia diminutionem patiuntur, 1°. augendo onera.
3. Resolutiones conformes S. C. C.
4. Explicatur cap. XI. de Præbendis, quod videtur contrarium.
5. 2us. modus est solutionem aliquam exigendo.
6. Verum ex necessitate, in actu collationis licet.
7. Enumerantur conditiones ut liceat.
8. Annatæ et mediæ annatæ.
9. Nunc exiguæ sunt.
10. 3us. modus est separando stabiliter aliquam fructuum portionem.
11. De Pensione.
12. Cui concedi possit.
13. Onera pensionati.
14. Pensio temporanea.
15. Perpetua.
16. Pensiones imponit 1°. Papa.
17. Ceteri collatores nequeunt imponere pensiones perpetuas.
18. Temporaneas possunt ex justa causa.
19. Resignationes beneficiorum cum reservatione pensionis perpetuæ admitti possunt tantum a Papa.
20. Beneficia quibus pensiones imponi possunt.
De translatione pensionum.
21. Tantum a Pontifice fieri potest.
22. Olim poterant et officiales Romanæ Curiæ; nunc tantum cardinales quoad medietatem pensionum quas possident.
23. Translatio pensionis fieri potest et in articulo mortis.
24. Forma servanda.
25. De solutione pensionum. Solvendæ sunt in integrum.
26. Sed ex valde notabilibus oneribus quæ supervenerunt beneficio, concessa est reductio pensionum in Italia.
27. Attendendum tempus quo pensio fuit imposita.
28. Oportet in pensionibus imponendis, salva sit congrua parochialis certa et determinata.
29. Sed computantur reditus incerti quoad quantitatem, sed certi quoad qualitatem, ut decimæ.
30. Quædam emolumenta pendent omnino a liberalitate fidelium et quædam a factis humanis, ut funera, baptismata, matrimonia; hæc includuntur in congrua, facta media proportione.
31. Modi quibus cessant pensiones.
32. Pensiones nec vendi nec ad longum tempus locari possunt.

Titulus XIII.

De rebus Ecclesiæ alienandis vel non. pag. 152—159.

1. Alienatio late sumitur in titulo.
2. Item Ecclesiæ nomen.
3. Quid veniat nomine rerum alienabilium.
4. Res pretio æstimabiles immobiles, mobiles, se moventes.
5. Pecunia.
6. Immobiles pretiosæ vel non.
7. Intentio juris est res pretiosas servandas esse.
8. Sed permittitur 1°. ex causa.
9. Et 2°. servatis solemnitatibus pro iis quæ servando servari possunt.
10. Jure Decretalium Gregorii IX. requirebatur consensus Capituli.